



Iacobus ex honesta sed tenuis fortunæ familia Augustæ felicissimo horoscopo natus, & in omni genere uirtutum educatus est. Is cum præclara in dole & rara prudentia esset prædictus, post prima atrium & linguarum fundamenta percepta, mercaturæ operam dedit, & eandē tanto successu exercuit, ut ex tenui conditione ad amplissimas opes peruerterit, atque suam familiam ad sydera fere extulerit. Nulla enim familia per totam Europam tam breui tēporis spacio opibus & honoribus adeò accumulata fuit, ita ut tandem ob uirtutes barones creati et multis alijs honoribus aucti fuerint. id quod Itali etiam de familia Medices Florentiæ prædicant. Ver

rūm Fuggeri has suas opes nō ad luxum & uanam ostentationem direxerūt sed omnis generis uirtutes promouere, meliores literas plantare, pauperibus prodeſſe, et patriæ multa officia præſtare cœperunt. Huius aut̄ illustris familie Iacobus author fuit. Is ob multarum rerum usum magnam apud omnes existimationem nactus. Maximiliano Cæſari gratissimus fuit. Vnde etiam eū inter consiliarios adſciuit, & res maximas cum eo cōtulit. Cum hoc modo Iacobus patriam suam multis uirtutibus exornasset, & præclarām ſobolem optimē institutam reliquifset, tandem ueneranda canitie conspicuus obiit, & honorificè ſepultus fuit. Anon.